Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sus cum discipulis suis secessit ad
mare. Et multa turba a galylea
et iudea secuta est eum. et ab ihero
solymis. et abydumea. et transior
danem. et qui circa tyrum. et sydonem
multitudo magna audientes quæ
faciebat uenerunt ad eum. Et
dixit discipulis suis. ut nauicula
sibi deseruiret propter turbam ne
comprimerent eum. Multos enim sana
bat ita ut irruerent in eum ut eum
tangerent. Quotquot habebant
plagas et spiritus immundi cum
illum uidebant procidebant ei. et
exclamabant dicentes. Tu es filius
dei. Et uehementer comminabatur
eis. ne manifestarent illum. Et
ascendens in montem uocauit ad
se quos uoluit ipse. Et uenerunt
ad eum. et fecit ut essent duodecim
cum eo. et ut mitteret eos predica
re euangelium. Et dedit illis poten
tatem curandi infirmitates. et ei
ciendi demonia. Et imposuit symo
ni nomen petrus. et iacobum zebe
dei. et iohannem fratrem iacobi et
imposuit eis nomina boanerges
quod est filii tonitrui. et andream
et philippum. et bartholomeum. et
matheum. et symonem chananeum
et iudam scariothis. qui et tradidit
illum. Et uenerunt ad domum
et conuenit iterum turba. ita ut
non possent neque panem manducare. Et cum audissent sui dis
cipuli exierunt tenere eum. Dice
bant enim quoniam infuriatus
est. Et scribe qui a hierosolo
mis descenderant dicebant quoniam
beelzebub habet. et quia in principe
demoniorum eiicit demonia. Et co
uocatis illis in parabolis dicebat eis
Quomodo potest satanas satanam
eicere. Et si regnum in se diuidatur
non potest stare regnum illud. Et si
domus super semetipsam dispertiatur
non poterit domus illa stare. Et si
satanas consurrexerit in semet
ipsum dispertitus est. et non potest
stare sed finem habet. Nemo potest uasa
fortis ingressus in domum diripere
nisi primum fortem alligauerit. et tunc
domum eius diripiet. Amen dico
uobis quoniam omnia peccata dimit
tentur filiis hominum. et blasphemie
quibus blasphemauerint. Qui autem
blasphemauerit in spiritum sanctum
non habebit remissionem in eternum
sed reus erit eterni delicti. Quoniam
dicebant spiritum immundum
habet. Et uenerunt mater eius et
fratres eius. et foris stantes mise
runt ad eum uocantes eum. Et
sedebat circa eum turba multa. et
dicunt ei. Ecce mater tua. et fratres
tui foris quærunt te. Et respondens
eis ait. Quæ est mater mea et qui
sunt fratres mei. Et circumspiciens
eos qui circa eum sedebant
ait. Ecce mater mea et fratres mei.
Qui enim fecerit uoluntatem dei.
hic frater meus. et soror mea. et mater est.

Et iterum IIII

cepit iheSus docere ad ma
re. et congregata est ad eum
turba multa. ita ut in nauem as